*contingentibus, mandavit inquisitionem fieri contra suspectos de haeretica pravitate: Fuitque in illo Concilio Guillelmus de Solerio, qui fuerat haereticus restitus, & sponte suâ recesserat ab haereticis, restitutus ad famam, ut ejus testimonium valeret contra alios de quibus noverat veritatem. Quae inquisitio fuit sic ordinata, ut singuli Episcopi qui aderant, testes quos producebat Tolosanus Episcopus, examinarent, & eorum dicta in scriptis redacta eidem Episcopo redderent conservanda, & sic possent multa brevi tempore expedire. Et vocatis & auditis priùs, qui fideles reputabantur & Catholici, mox vocandis qui suspecti erant aliquibus, in testimonium est processum. Qui hoc praesentientes, se invicem, ne quicquam contra se dicerent, praecluserant. Quod satis patuit ex postfacto; nihil enim vocati ad testimonium fatebantur. Fuere autem quidam usi Consilio saniori, qui primò ante alios venerunt, & Legato se tunc submiserunt seu subdiderunt, & ideò misericordiam invenerunt: cujus se, qui dura cervice erant, reddiderunt indignos, & postea coacti & velut tracti venerunt, poenitentias difficiles habuerunt.*

Voilà pour les abjurations qui se

ont faites, & pour les abſolutions qui ſe ſont données dans les Conciles. Voïons maintenant ce qui s'eſt paſſé là-deſſus à l'égard des Papes.

## ARTICLE XV.

*Le Pape Eleuthére & le Pape Zéphyrin ont reçû l'abjuration des hérétiques, & leur ont donné l'abſolution de leurs héréſies.*

TErtullien nous aprend [31] que le Pape Eleuthére s'engagea de recevoir l'abjuration de Marcion & de le réconcilier à l'Egliſe, pourvû qu'il y ramenât ceux qu'il en avoit retirés par ſa mauvaiſe Doctrine. *Poſtmodum Marcion* (dit-il) *pœnitentiam confeſſus, cùm conditioni datæ ſibi occurrit, ita pacem recepturus, ſi ceteros quoque, quos perditioni erudiſſet, Eccleſiæ reſtitueret.*

[31] *L. de præſcrip. c. 30.*

Le même Pape avoit reçû Montanus, Priſcille & Maximille à la Communion de l'Egliſe; mais Praxeas l'aïant averti de leurs fourberies, l'obligea de retracter les lettres qu'il avoit déja expediées pour cela, dit encore le même Tertullien: [32] *Praxeas primus*

[32] *L. adverſ. Prax. c. 1.*

*ex Asia hoc genus perversitatis intulit Romanæ humo & alias inquietus . . . . . . Nam idem tunc Episcopum Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis Prophetis & Ecclesiis eorum adserendo, & prædecessorum ejus auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis revocare jam emissas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare.*

Un peu aprés le commencement du troisiéme Siécle le faux-Evêque Natalius fut enfin absous de son hérésie par le Pape Zéphyrin, aprés en avoir fait abjuration entre ses mains & en présence du Clergé & du Peuple Romain, ainsi qu'il est raporté par Eusébe : [33] *Tandem per integram noctem à sanctis Angelis flagris & verberibus usque adeò acerbè & graviter cœsus fuit* Natalius, *ut cum primò manè surgeret, cilicio & sacco indutus, cineribus aspersus, cum magno mœrore & lacrymis ad pedes Zephyrini Pontificis se supplicem abjecerit : & non modò ad Cleri, sed ad laïcorum etiam genua advolveretur, ita uti Christi misericordiis Ecclesia illum magnopere commiserata, lamentis unâ*

33 L. 5. Hist. Eccles. c. 27.

*ſe dederent. Attamen ille, licèt multis precibus uſus fuiſſet, & plagarum vibices, quas pertulerat, oſtendiſſet, vix tandem in communionem Eccleſiæ receptus fuit.*

## ARTICLE XVI.

*Saint Leon a receu les abjurations des Novatiens, des Neſtoriens, & des Eutychiens, & les à abſous de leurs héréſies.*

SAint Leon qui floriſſoit au milieu du cinquiéme ſiécle, permet à Donat, Evêque Novatien, & à Maxime, Evêque Donatiſte, de rentrer dans leurs Sieges, à condition qu'ils abjureront leurs héréſies entre ſes mains, & qu'ils lui enverront leur profeſſion de foi. *Donatum autem* (dit-il) [34] *Salicinenſem ex Novatianis cum ſua (ut comperimus) plebe converſum, ita Dominico volumus gregi præſidere, ut libellum fidei ſuæ ad nos meminerit dirigendum, quo & Novatiani dogmatis damnet errorem, & pleniſſimè confiteatur Catholicam veritatem. Maximum quoque ex laïco licèt reprehenſibiliter ordinatum, tamen ſi Donatiſta jam non eſt*

34. *Epiſt. 87. ad Epiſc. Afric. c. 3.*

*& à spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab Episcopali, quam quo quo modo adeptus est, non repellimus dignitate: ita ut & ipso libello ad nos edito Catholicum se esse manifestet.*

Basile & Jean, deux Prêtres, dont l'un étoit Nestorien & l'autre Eutychien, firent le voïage de Rome pour abjurer leurs hérésies entre les mains de ce grand Pape, & en reçûrent de lui l'absolution. C'est ce qu'il nous apprend par cette Epître: [35] *Ad declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactavit insania, laudabilem curam filii nostri Basilicus & Ioannes Presbyteri, suæ æstimationis habuerunt: ut inter pugnantia dogmata falsitatis vera Catholicæ fidei pace gauderent. Siquidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in Apostolica Sede patefacere: damnantes utramque hæresim, quarum supra fecimus mentionem, & de Incarnatione Domini nostri Iesu-Christi non aliud recipientes, quàm quod instruente Sancto Spiritu & didicimus & docemus. Per hos ergo, Frater Carissime, cum testimonio nostro ad propria revertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus: fidenter orantes ut qui gra-*

35. Ep. 48. ad Anatol. Episcop.

*tia apostolica Communionis ornantur, etiam tuo favore per omnia se gaudeant adjuvari.*

Enfin ce grand Pape étoit tellement perſuadé que la reconciliation des Hérétiques étoit de la compétance des Evêques, que parlant de l'autorité des Evêques & de ceux des Chor-Evêques & des Prêtres, il compte parmi les priviléges des Evéques celui d'adminiſtrer le Sacrement de la Confirmation aux perſonnes qui reçoivent le baptême, ou qui ſe convertiſſent de l'héréſie. *Nam quamvis cum Episcopis* (dit-il dans ſon Epître 88.) *plurima Chorepiscopis vel Presbyteris ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris Legis, quædam non etiam ecclesiasticis Regulis sibi prohibita noverint, sicut Presbyterorum & Diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio Altaris, ac benedictio vel unctio. Siquidem nec erigere eis Altaria, Ecclesias vel Altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum Fidelibus baptizandis, vel conversis ex hæresi, paraclitum Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, vel chrismate baptizatorum frontes signare, nec publicè quidem in Missa quemquam pœnitentem reconci-*

*liare, nec formatis cuilibet Epistolas omittere. Hæc enim omnia illicita sunt Chor-episcopis, qui ad exemplum & formam 70. Discipulorum esse noscuntur, vel Presbyteri qui eandem gestant formam : quoniam quamquam consecrationem habeant, Pontificatus tamen apicem non habent.*

D'où il est clair, & que du tems de de S. Leon on donnoit la Confirmation aux Hérétiques aprés avoir reçû leur abjuration, & que c'étoit aux Evêques à la leur donner ; & que les Chor-évêques & les Prêtres ne le pouvoient faire.

## ARTICLE XVII.

*Saint Gregoire a reçeu l'abjuration des Hérétiques, & leur a donné l'absolution de leurs hérésies.*

SAint Grégoire, qui remplissoit si dignement le Siége Apostolique sur la fin du sixiéme & au commencement du septiéme siécle, marque en bien des endroits de ses Epîtres qu'elle étoit la conduite de l'Eglise de son tems touchant l'absolution de l'hérésie.

Il mande à Démétrius Evêque de

Naples [36] qu'il a receu l'abjuration d'un nommé Etienne, qui lui doit rendre la lettre qu'il lui écrit, & qu'il ne doit point balancer à recevoir l'abjuration des Néapolitains qui sont dans la même erreur qu'Etienne. *Stephanus*, dit-il, *præsentium portitor, cum de quibusdam fidei capitulis ejus à via veritatis mutaret intentio, pro hujus rei dubietate à Catholicæ se Ecclesiæ communione suspenderat, donec eum Deus veritatis judex ad viam rectitudinis revocaret; quem receptâ satisfactione in fide Catholica communicasse cognoscas. Sed quia eum quosdam dubietatis suæ socios ibidem in Neapolitana civitate habere comperimus, hoc nobis de his quoque Præfatus Stephanus pollicitus esse dignoscitur; ut si eorum ambiguitatem animæ nostræ interpositionis periculo sanaremus, ipsos etiam ad communionem Catholicam sine mora posse vel reluctatione converti. Pro qua re præsentibus Epistolis admovemus nostra fide, nostróque sicut ipsi videntur, poposcisse periculo, eos in fidem Catholicam communionemque suscipite, quibus potestis modis ad lucem de tenebris revocate. Ne postquam ad nos hujusmodi causa perlata est, si silentio præterimus, de animabus eo-*

36. L. I. Epist 14. Indict. 9.

*rum, negligentiæ possimus subire jacturam.*

Athanase Prêtre du Monastére de Tamnac en Lycaonie avoit été soupçonné d'hérésie & condamné comme Hérétique par Jean Patriarche de Constantinople. Mais il en appella à Rome, & saint Grégoire aïant examiné sérieusement la chose, reçût son abjuration, & le declara absous de toute hérésie. *Sanctissimus Ioannes* (dit-il dans la Lettre qu'il lui écrit) [37] *quondam Frater & Coëpiscopus noster Constantinopolitanæ civitatis Antistes sæpe à nobis admonitus, rescribens innotuit, codicem apud te fuisse inventum in quo plurima continebantur hæretica, & ob hoc se adversus dilectionem tuam fuisse commotum. Quem quia ad nos studuit pro satisfactione transmittere priores ejus partes sollicitâ lectione percurrimus. Et quoniam manifesta in eo hæreticæ pravitatis venena reperimus, ne denuò debuisset legi, vetuimus. Sed quià hunc te simpliciter testatus es legisse, & ad amputandam ambiguæ suspicionis materiam libellum nobis manu tua porrexisti per scriptum, in quo fidem tuam exponens omnes generaliter hæreses, vel quidquid adversùs Catholicæ fidei vel professionis*

37 L. 5. Ep. 64. Indict. 14.

*integritatem est, apertissimè condemnasti: & cuncta quæ sanctæ quatuor universales Synodi recipiunt, te semper recepisse ac recipere, & quæ condemnant condemnasse condemnaréque professus es: eam quoque Synodum quæ Iustiniani Imperatoris temporibus de tribus capitulis facta est, & suscipere & custodire promisisti, & prohibitus à nobis codicem ipsum legere, in quo pestiferæ fraudis virus innexum est, libentissimè consensisti: reprobans etiam atque condemnans ea omnia quæ contra catholicæ fidei integritatem in eo dicta vel latenter inserta sunt, nec eum te legere denuò promisisti. Hac ratione permoti, postquam etiam exprobrata à te libelli pagina, fides tua nobis catholica Deo custodiente perclaruit, ab omni te hæreticæ perversitatis macula juxta professionem tuam liberum esse decernimus atque catholicum, & sinceræ fidei in omnibus professorem atque sequacem Christi Iesu Salvatoris gratiâ claruisse pronunciamus: liberam quoque tribuimus licentiam ad Monasterium in tuo te loco vel ordine nihilominus remeare. De hoc quoque & dilecto fratri nostro Constantinopolitanæ civitatis Antistiti, qui in se prædicti sancti Ioannis loco ordinatus*

*est, nostra volumus scripta transmittere.*

Enfin saint Grégoire raporte la formule de l'abjuration que les Evêques, Heretiques devoient faire entre ses mains, & voici en quels termes elle

38 L. 10. Ep. 31. Indict. 5. est conçûë : [38] *Quotiens cordis oculus nube erroris obductus, superna illustrationis lumine fit serenus ; magna cautela nitendum est, ne latenter auctor schismatis irruat & ab unitatis radice eos qui ad eam reversi fuerant, telo iterum erroris abscindat. Et ideò postquam. Ego ille civitatis illius Episcopus, comperto divisionis laqueo quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona & spontanea voluntate ad unitatem. Sedis apostolicæ divinâ gratiâ duce reversus sum. Et ne non pura mente seu simulatè reversus existimer, sub mei ordinis casu spondeo & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te sancto Petro Apostolorum Principi, atque ejus Vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quorumlibet suasionibus vel quocumque alio modò ad schisma, de quo Redemptoris nostri misericordiâ liberante ereptus sum, reversurum : Sed semper me in unitate sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, &*

*communione*

*communione Romani Pontificis per omnia permanſurum. Vndè jurans dico per Deum omnipotentem, & hæc ſancta quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, & ſalutem geniúmque illuſtrium Dominorum noſtrorum Rempublicam gubernantium, me in unitate, ſicut dixi, Eccleſiæ Catholicæ, ad quam Deo propitio ſum reverſus, & communione Romani Pontificis ſemper & ſine dubio permanere. Quod ſi, quod abſit, aliqua excuſatione vel argumento, ab hac me unitate diviſero, perjurii reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inveniar, & cum auctore ſchiſmatis habeam in futuro ſæculo portionem. Hanc autem profeſſionis promiſſioniſque meæ Cartulam notario meo cum conſenſu Presbyterorum & Diaconorum atque Clericorum, qui me in hac unitate obligantes, in ſupraſcriptis omnibus prona ſimul voluntate ſecuti, atque propriis manibus ſubſcripturi ſunt, ſcribendam dictavi & propria manu ſubſcribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die & Conſulibus ſupraſcriptis.* Subſcriptio Epiſcopi illius. *Ego ille Epiſcopus civitatis illius huic confeſſioni promiſſioníque meæ præſtito de conſervandis ſupra ſcriptis omnibus Sacramento ſubſcripſi.*

## ARTICLE XVIII.

*Félix Evêque d'Vrgel abjura son hérésie entre les mains d'Adrien premier qui lui en donna ensuite l'absolution.*

APrés que Félix Evêque d'Urgel eut été entendu & convaincu dans le Concile de Ratisbonne en 792. en présence de l'Empereur Charlemagne, on le renvoïa à Rome devant le Pape Adrien premier, entre les mains duquel il abjura son hérésie, aprés quoi il fut réconcilié à l'Eglise Catholique.

Les Annales de France, écrites par un Auteur inconnu, mais ancien, & publiées en 1588. par Pierre Pithou, & les Annales de Fulde, le marquent

39 *Ad An.792.* par ces paroles : [39] DCCXCII. *Heresis Feliciana, ipso auctore eam abnegante, apud Reganespurg primum damnata est, qui etiam per Eugilbertum Abbatem in præsentia Adriani Apostolici adductus, denuò eam confessione facta damnavit.*

On lit la même chose dans la vie

40 *Pag.* 42. & 43. de Charlemagne publiée par le même Pierre Pithou en ces termes : [40] *Rex*

*Carolus in Ragenesburg tenuit Synodum ubi primò condemnata est hæresis Feliciana : quem Angilbertus ad præsentiam Adriani Apostolici adduxit, & confessione facta suam hæresim iterum abdicavit.*

Eginhard dit aussi dans le même sens : [41] *Hujus rei causa Felix ductus ad Palatium Regis, qui tunc apud Reginum Bajoariæ civitatem, in qua hyemaverat, residebat. Vbi & congregato Episcoporum Concilio auditus est & errasse convictus, ad præsentiam Hadriani Pontificis Romam missus : ubi etiam coram ipso in Basilica sancti Petri Apostoli hæresim confessus est atque abdicavit. Quo facto ad civitatem suam reversus est.*

[41] *In Annal. ad an. 792.*

Le Poëte Saxon, qui a écrit la vie de Charlemagne en vers, s'explique à peu prés de la même maniere : [42]

[42] *Ad an. 792. l. 3. de gest. Carol. M.*

*Celsa Pyrenæi supra juga condita montis*
*Vrbs est Orgellis, Præsul cui nomine Felix*
*Præfuit. Hic heresim molitus condere pravam,*
*Dogmata tradebat fidei contraria sancta,*

*Affirmans, Christus Dominus quia corpore sumpto*
*Est homo dignatus fieri, non proprius ex hoc*
*Sed quod adoptivus sit filius omnipotentis.*
*Responsúmque Toletano dedit hoc Elipando*
*Pontifici, de re tanta consultus ab ipso,*
*Atque suum scriptis defendere dogma libellis,*
*Omni quo potuit studio curavit & arte.*
*Hinc ad Catholici deductus Principis aulam*
*( Idem Regino nam tunc hyemavit in urbe )*
*A multis ibi præsulibus, Synodóque frequenti,*
*Est auditus & errorem docuisse nefandum*
*Convictus; post hæc Adriano mittitur almo,*
*Sedis Apostolicæ fuit hoc qui tempore Præsul.*
*Quo præsente, Petri correctus in æde beati,*
*Pontificum coram sancto celebríque Senatu*

*Damnavit Felix priùs infeliciter*
*à ſe*
*Ortam perfidiæ ſectam ; meruit-*
*que reverti*
*Ad propriæ rurſus retinendum*
*ſedis honorem.*

Voilà comme les Papes réconcilioient les hérétiques. Mais cela n'empêchoit pas que les Evêques ne les réconciliaſſent auſſi.

## ARTICLE XIX.

*Le premier Concile général de Nicée veut que ce ſoit les Evêques qui réconcilient les Hérétiques à l'Egliſe.*

EN effet quoique le premier Concile général de Nicée en 325. ne diſe pas poſitivement que la réconciliation des Hérétiques ſoit de la competence des Evêques, il marque neanmoins en caractéres aſſez viſibles qu'elle en eſt, lorſqu'il décide que les Novatiens ne doivent rentrer dans l'Egliſe qu'aprés avoir receu l'impoſition des mains. *Quant à ceux* ( dit-il ) [43] *qui s'attribuent à eux-mêmes le nom de* Purs, *s'il arrive qu'ils retournent à l'Egliſe Ca-*

43 *Can.* 8.

*tholique & Apostolique, ce saint & grand Concile a ordonné, qu'aprés avoir receu* l'imposition des mains *ils demeurent ainsi dans le Clergé. Mais avant toutes choses il est juste qu'ils reconnoissent & déclarent par écrit qu'ils embrasseront & suivront en tout les dogmes de l'Eglise Catholique & Apostolique, c'est-à-dire, qu'ils communiqueront avec les Bigames & avec ceux qui seront tombez dans la persecution, à l'égard desquels on a aussi déterminé un tems préfix pour régler la durée & la fin de leur pénitence.*

Car *l'imposition des mains* signifie ici la Confirmation. Et ce qui me le fait croire, c'est que saint Pacien Evêque de Barcelonne & Theodoret assurent que les Novatiens, qui s'attribuoient à eux-mêmes le nom de *Purs*, & dont il est parlé dans ce Canon, contre la pratique de l'Eglise d'Orient & de l'Eglise d'Occident, n'imposoient point les mains, & ne donnoient point la Confirmation à ceux qu'ils bâtisoient.

44 Epist. tol 3. ad Symp. *Vestræ plebi* (leur dit S. Pacien, 44 *unde Spiritus quam non consignat unctus Sacerdos? Iis quos baptizant* (dit Théo-

45 L. 3. hær. tic. doret 45) *sanctissimum Chrisma non prabent; quapropter eos qui ex hac hære-*

*Ecclesiæ conjunguntur, laudatissimi Pa-es inungi præceperunt.* *fabul. c.5.*

Afin donc d'inspirer à ces Hérétiques des sentimens de respect par la Confirmation, & de leur en faire voir en quelque façon la necessité, le Concile de Nicée ordonne, qu'on la leur administrera lorsqu'ils voudront rentrer dans la communion des fideles.

Mais comme il n'y avoit alors que les Evêques qui fussent les Ministres ordinaires de la Confirmation, ainsi qu'il n'y a encore à present qu'eux qui le soient, selon les décisions du Concile de Florence, [46] & du Concile de Trente, [47] il falloit nécessairement que ces Hérétiques abjurassent leurs erreurs entre les mains des Evêques, puisque c'étoit des Evêques qu'ils devoient recevoir ce Sacrement en retournant à l'Eglise Catholique & Apostolique. C'est ce que Monsieur de Marca prouve d'une maniere convaincante dans ses savantes Notes sur le Concile de Clermont en 1195. qui sont à la fin de sa Dissertation *de Primatu Lugdunensi & ceteris Primatibus.* [48]

46 *In Decret. Eugen. IV pro unio. Armen.*

47 *Sess. 7. de Confirm. can. 3. & Sess. 23. c. 4. & can. 7.*

48 *To. 10. Concilior. Edit. ulti.*

## ARTICLE XX.

*Du tems de Constantin c'étoit les Evêques qui reconcilioient les Hérétiques à l'Eglise.*

IL est constant d'ailleurs, que du tems du premier Concile général de Nicée c'étoit les Evêques qui recevoient l'abjuration des Hérétiques, & qui leur donnoient l'absolution de leurs hérésies.

49 *l.* 4. *de vit. Constan. c.* 64. Eusébe raporte 49 en effet qu'aprés que le grand Constantin eût publié des Edits contre les Hérétiques, les Evêques éloignerent ceux qui ne voulurent pas quitter leurs erreurs; mais qu'ils receurent dans leur communion ceux qui voulurent se reconcilier sincérement à l'Eglise. *Alij fortè* (dit-il) *ad spem qua in Deo optimo maximo poni debet, verè & ex animo se transferebant. Quos cum Ecclesiarum Præsides accuratè internoscere studerent, alteros ovium pellibus obtectos, adumbrata specie se insinuare conantes, procul amandarunt : alteros verò qui idem integra & incorrupta mente instituerent, ubi temporis longinquitate explorando, de illis*

*tatis exquisitè periculum fecissent in multitudinem adscititiorum adscripserunt. Hoc modo cum illis qui alienam ab Ecclesia opinionem & doctrinam sequebantur, actum est. Alios autem, qui, dum in eorum dogmatum disciplina versabantur, nihil concepissent impietatis, sed Schismaticorum culpa se temerè à communi Ecclesiæ congregatione & frequentia sejunxissent, abjecta omni cunctatione in Ecclesiam receperunt. Hi igitur gregatim, tanquam ex colonia revertentes, suam recuperarunt patriam & Ecclesiam matrem agnoverunt. A quâ diu aberrantes cum gaudio & lætitia ad eam redierunt, membráque communis corporis fuere in unum coagmentata & concordiâ quasi compagibus firmè copulata: soláque Catholica Dei Ecclesia in se coalescens tum resplenduit, cùm nusquam gentium vel hæreticæ, vel schismaticæ factionis vestigium reliquum quidem esset. Cujus præclari facinoris causam Imperator Deo (cujus solus ex omnibus Imperatoribus qui aliquando exstitissent cura erat) acceptam planè retulit.*

## ARTICLE XXI.

*Ce sont les Evêques, selon le premier Concile général de Constantinople, qui doivent recevoir l'abjuration des Hérétiques, & les absoudre de leurs hérésies.*

LE second Concile général, qui est le premier Concile de Constantinople en 381. rend encore un illustre témoignage de cette discipline, lors qu'il fait parler ainsi les Evêques qui
50 Can. 7. le composoient. [50] *Eos qui recta fidei adjiciuntur & parti eorum qui ex hareticis servantur, recipimus, secundùm subjectam hic consequentiam & consuetudinem. Arianos quidem & Macedonianos, & Sabbatianos & Novatianos, qui dicunt seipsos Catharos, & Aristeros (hoc est mundos vel sinistros) & Tessaradecatitas sive Tetraditas, & Apollinaristas recipimus, dantes quidem libellos & omnem haresim anathematizantes, qua non sentit ut sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia; & signatos, sive unctos primùm sancto chrismate, & frontem, & oculos, & nares, & os, &*
» *aures. Et eos signantes dicimus*, Signa-

culum doni Spiritus ſancti. *Atqui Eunomianos, qui in unam demerſionem baptizantur ; & Montaniſtas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eumdem eſſe Patrem & Filium opinantur, utrumque ſimul confundentes, & alia gravia & indigna faciunt ; & alias omnes hæreſes : quoniam hic multi ſunt hæretici, & maximè qui ex Galatarum regione veniunt, quicumque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, ut Græcos admittimus : Et primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus ; ſecundo Catechumenos ; deinde tertio exorcizamus ſive adjuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflando. Et ſic eos catechiſamus, ſive initiamus ; & curamus ut longo tempore verſentur in Eccleſia, & audiant Scripturas ; & tunc eos baptizamus.*

Ce ſont les Evêques qui éxécutent tout ce que le Concile ordonne que l'on faſſe pour la reconciliation de tous ces Hérétiques. Ce ſont les Evêques qui les reçoivent, *recipimus* ; qui les admettent dans l'Egliſe, *admittimus* ; qui leur donnent la Confirmation, *eos ſignantes dicimus*, Signaculum doni Spiritus ſancti ; qui les font Chrêtiens, *Chriſtianos facimus* ; qui les font Catécumé-

nes, *Catechumenos*; qui les exorcisent, *adjuramus*; qui leur soufflent trois fois au visage & aux oreilles, *ter in faciem & aures insufflando*; qui les catéchizent, *Catechizamus*; qui les font demeurer long-tems dans l'Eglise pour y entendre la parole de Dieu, *curamus ut longo tempore versentur in Ecclesia & audiant scripturas*; enfin qui les bâtizent, *& tunc eos baptizamus*.

Et une preuve certaine que ce sont eux qui leur donnent la Confirmation en les bâtizant, comme c'est la coûtume des Grecs, ainsi qu'on le voit dans
51 *In Offic. S. Baptismat. p.356.* leur Euchologe [51], c'est que ce sont eux, qui aprés les avoir oints du saint Chrême leur impriment le signe de la Croix, en leur disant ces paroles, *Signaculum doni Spiritus sancti*, qui sont justement celles dont les Grecs se servent en administrant la Confirmation aux enfans qu'ils bâtisent, selon ce qui est porté dans l'Euchologe en ces mots:
52 *Ibid.* [52] *Et oratione hac terminata baptizatum sancto unguento ungit. Crucis signum faciens in fronte, & in oculis, & in naribus, & in utraque aure, & in pedibus, dicens*, Signaculum doni Spiritus sancti. Amen.

## ARTICLE XXII.

*Selon saint Basile ce sont les Evêques qui doivent réconcilier les Hérétiques à l'Eglise.*

ZOïs & Saturnin, Evêques Novatiens, furent rétablis dans leurs Siéges par les Evêques Catholiques ; & saint Basile qui le raporte dans son Epître Canonique à S. Amphilogue, [53] témoigne que les Evêques Catholiques, aïant réconcilié ces deux-là, ne pouvoient pas se dispenser de réconcilier les autres Evêques de la même Secte. *Scio autem* ( dit-il ) *quod fratres Zoïn & Saturninum, qui erant ex illorum ordine, in Episcoporum Cathedram suscepimus. Quare eos qui illorum ordini conjuncti sunt, non ampliùs possumus ab Ecclesia separare, utpotè tanquam canone aliquo communionis cum ipsis edito per Episcoporum susceptionem.*

Le même saint Basile témoigne aussi, [54] qu'Eustathe Evêque de Sébaste, aïant été condanné comme Arien par Hermogéne Archevêque de Césarée, fit ensuite abjuration entre ses mains, & receut de lui l'absolution de son

53 *Can. 1.*

54 *Ep. 74. ad Occidental.*

hérésie, dans laquelle neanmoins il retomba aussi-tôt aprés la mort de cet Archevêque. *Est itaque unus ex illis* (dit-il) *qui plurimùm excitant turbarum, Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ. Hic olim institutus ab Ario, cùm is Alexandriæ florens impias adversùs unigenitum Dei blasphemias strueret, sectator illius & inter selectissimos discipulos communicatus fuit. Posteaquam verò ad suos reversus à beatissimo Hermogene Cæsareæ Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur, confessionem illi obtulit sanæ fidei, atque ita manus impositionem ab illo obtinuit. Ubi verò dormitionem accepit Hermogenis, mox ad Eusebium Constantinopolitanum se contulit, qui & ipso nihilominus impium Arii dogma tuetur.*

## ARTICLE XXIII.

*Le Pape Sirice veut que les Evêques reçoivent les abjurations des Hérétiques, & les réünissent à l'Eglise.*

LE Pape Sirice écrivant à Himérius
55 C. 1. Archevêque de Tarragone [55] lui marque, & bien clairement, que selon la coûtume de toutes les Eglises,

tant d'Orient que d'Occident, & ſelon la déciſion du Concile de Nicée, ce ſont les Evêques qui doivent bâtiſer les Arriens, les Novatiens, & les autres Hérétiques, & qui leur donnent la Confirmation, lorſqu'ils veulent ſe réünir à la ſocieté des Catholiques. *Prima pagina tua fronte ſignaſti* (lui dit-il) *baptizatos ab impiis Arianis, plurimos ad fidem Catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris* (c'étoit donc des Evêques) *eoſdem denuo baptizare velle, quod non licet: cùm hoc fieri & Apoſtolus vetet & canones contradicant, & poſt caſſatum Ariminenſe Concilium miſſa ad provincias veneranda memoria prædeceſſore noſtro Liberio generalia decreta prohibeant; quos nos cum Novatianis, aliiſque hæreticis, ſicut eſt in Synodo conſtitutum, per invocationem ſolam ſeptiformis Spiritus, Epiſcopalis manus impoſitione, Catholicorum conventui ſociamus. Quod etiam totus Oriens, Occidenſque cuſtodit: à quo tramite vos quoque poſthac minimè convenit deviare, ſi non vultis à noſtro Collegio Synodali ſeparari ſententia.*

Le Synode dont parle ici le Pape Sirice (*ſicut eſt in Synodo conſtitutum*)

est tres - certainement celui de Nicée, & on ne peut pas douter que *l'imposition des mains Episcopales* ne signifie la Confirmation, comme dans le Canon 7. du Concile de Nicée, & par consequent que ce Pape n'ordonne, ainsi que le Concile de Nicée, que les Hérétiques soient réconciliez à l'Eglise par les Evêques, qui sont les Ministres ordinaires de la Confirmation.

## ARTICLE XXIV.

*Innocent I. témoigne que les Evêques doivent réconcilier les Novatiens à l'Eglise.*

56 *Ep. ad Victric. Rotho. Episc. c.*8.

LE Pape Innocent I. [56] enjoint expressément à Victrice Archevêque de Roüen, de ne pas bâtizer les Novatiens qui revenoient à l'Eglise, , parce qu'ils l'ont été au nom de JESUS-CHRIST, quoi qu'ils l'aïent été par des Hérétiques; mais seulement de leur imposer les mains & leur donner le Sacrement de Confirmation, ce qui n'apartient de droit ordinaire qu'aux Evêques. *Vt venientes* (dit-il) *à Novatianis vel Montensibus per ma-*

*nus tantùm impositionem suscipiantur ; quia quamvis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati.*

## ARTICLE XXV.

*Théophane Evêque de Philadelphe a receu l'abjuration des Ecclésiastiques & des Laïques, qui s'étoient laissé tromper par Nestorius, & leur a donné l'absolution de leurs hérésies.*

LEs Ecclésiastiques & les Laïques de Philadelphe qui furent assez simples pour recevoir la profession de foi que Nestorius leur presenta au lieu du Symbole de Nicée, firent abjuration de leurs hérésies entre les mains de Théophane leur Evéque, qui les réconcilia ensuite à l'Eglise Catholique. Cela est clair par leurs soûscriptions qui sont raportées tout au long dans l'Action sixiéme du Concile général d'Ephése en quatre cens trente-un; 57 elles sont à peu prés les mêmes en substance, & en voici quelques-unes.

57 *Part.* 3.

*Rudius Iconici Philadelphius Quartodecimanus, cognoscens veram orthodoxámque fidem, & rogans Theo-*

*nem Sanctissimum Episcopum, Sanctissimæ Catholicæque Ecclesiæ me adjunxi; omnémque hæresim & præcipuè Quartodecimanorum, in qua ante errabam, anathematizo; ac præscriptæ Orthodoxæ fidei expositioni adsentior. Anathematizo etiam illos, qui Sanctum Paschatis diem aliter celebrant quàm Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia: adjurans sanctam & consubstantialem Trinitatem, & Flavii Theodosii, Flaviique Valentiniani, orbis terrarum Dominorum, & semper Augustorum, pietatem ac victoriam. Si quid autem istorum umquam violavero, legum austeritati subjacebo. Prælectæ expositioni, quod litterarum rudis essem, per Hesychium Flavium Senatorem subscripsi.*

*Flavianus Nymphidianus Philadelphius, Scolasticus, omnibus dogmatibus & consuetudinibus Quartodecimanorum hæresœs, quæ ab Orthodoxa fide non recipiuntur, abrenuntio, profitens communicare rectæ fidei in omnibus & hanc suscipere.*

*Padicius Philadelphius cognoscens orthodoxam fidem, & obsecrans orthodoxum & sanctißimum Episcopum Theophanem, acceßi ad sanctam Catholicam & Apos-*

*tolicam Eccleſiam Dei : & anathematizo omnem hæreſim, præcipuè verò Quartodecimanorum ; jurans venerabile jusjurandum & pietatem Christianiſſimorum Imperatorum, ſi quid tranſgreſſus fuero de his quæ præſcripta ſunt, ſubjacere me legum ſeveritati. Et hæc probans ſubſcripſi per Martyrium Lectorem.*

*Marinianus Evethii, manu utens Neotorii Lectoris Catholicæ fidei, cognoſcens Catholicam fidem & obſecrans ſanctiſſimum Epiſcopum Theophanem, acceſſi ad ſanctam Dei Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam ; & anathematizo omnem hæreſim, præcipuè autem Quartodecimanorum, & qui non celebrant Sanctum diem Paſchæ ſicut Catholici : & juravi venerabili Sacramento, ſi tranſgreſſus fuero quid de his omnibus quæ præſcripta ſunt, ſubjacere me legum ſeveritati. Et ſubſcripſi.*



## ARTICLE XXVI.

*Les Manichéens, selon saint Augustin, étoient réconciliés à l'Eglise par les Evêques.*

SAint Augustin a eu soin de nous décrire la maniere de recevoir les Manichéens dans le sein de l'Eglise aprés leur conversion, & il paroît parce qu'il en dit, que leur abjuration & leur absolution dépendoit uniquement des Evêques. *Cùm anathematizaverint* ( ce sont ses paroles ) [58] *eandem hæresim Manichæorum secundum formam infrà scriptam libellúmque dederit unusquisque eorum confessionis & pœnitentiæ suæ, atque anathematis eorum, petens in Ecclesia vel Catechumeni, vel pœnitentis locum, si libellus ejus Episcopo placuerit, eúmque susceperit, det ei Epistolam cum die & Consule, ut nullam de superiore tempore molestiam, vel de publicis legibus, vel de disciplina Ecclesiastica patiatur. Et post ipsum diem si aliquibus indiciis Manichæus apparuerit, sentiat justitiæ severitatem, quæ talibus rebus adhibenda est, id est, ut ab ejus consortio, vel amicitia, vel quacum-*

58 *In commonit. quomodò sit agend. cum Manichæis qui convertuntur, &c. Tom. 4. Concil. Edit. ulti. p. 1662*

*que ſocietate Chriſtiani ſe abſtineant ſecundum Apoſtolicam diſciplinam.*

*Commendentur autem qui Epiſtolas ab Epiſcopo acceperint Religioſis catholicis vicinis vel cohabitatoribus ſuis, ſivè Clericis, ſivè Laïcis, per quorum erga ſe curam frequentent audientiam ſermonis Dei, & quorum teſtimonio poſſint innoteſcere. Nec facilè admittantur ad baptiſmum ſi Catechumeni ſint, nec ad reconciliationem, ſi pœnitentiæ locum acceperunt, niſi periculo mortis urgente, vel ſi eos aliquantò tempore probatos eſſe cognoverint Epiſcopi per eorum teſtimonium quibus fuerint comprobati, &c.*

Item forma Epiſtolæ quam dat Epiſcopus converſis, iſta eſt.

*Quoniam te Manichæorum auditorem pœnitet fuiſſe, ſicut ipſe confeſſus es anathema dicens blaſphemiis, & impiiſſimæ atque immundiſſimæ hæreſi eorum, ex quo te non niſi Fides catholica ſervum fecit, habebis hanc Epiſtolam adversùs eos, qui tibi temporis præteriti errorem, quantum ad iſtam nefariam pertinet ſectam, objiciendum putaverint. Quæ ſcripta eſt die illo & Conſule illo.*

## ARTICLE XXVII.

### *Les Evêques doivent réconcilier les Bonosiens & les Ariens, suivant le deuxiéme Concile d'Arles.*

LE dix-septiéme Canon du deuxiéme Concile d'Arles en 452. suppose que ce sont les Evêques qui doivent réconcilier à l'Eglise les Bonosiens & les Arriens, parce qu'il suppose, ainsi que le septiéme Canon du premier Concile général de Constantinople, que ce sont les Evêques qui doivent imposer les mains aux Hérétiques, & leur donner la Confirmation. *Bonosianos* ( dit-il ) *ex errore Photinianorum sivè Paulianistarum venientes, quos, sicut Arianos, Baptizari in Trinitate manifestum est, si interrogati Fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum Chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.*

Il n'y a nulle apparence que le Chrême & l'imposition des mains dont parle ce Canon, *cum Chrismate & manus impositione*, signifie le Chrême & l'imposition des mains dont on se sert dans l'administration du Batême,

puisqu'il est clair que les Bonosiens étoient batizés comme les Arriens, au nom du Pére, du Fils, & du saint Esprit : *Quos, sicut Arianos, baptizari in Trinitate manifestum est.* Ainsi il faut de nécessité que ces paroles, *Cum Chrismate & manûs impositione*, marquent le Sacrement de Confirmation.

## ARTICLE XXVIII.

*Selon le Concile d'Angers les Evêques doivent recevoir l'abjuration des Hérétiques & les absoudre de leurs erreurs.*

LE Concile d'Angers en 453. témoigne [59] assés visiblement, que c'est aux Evêques à recevoir l'abjuration des hérétiques & à leur donner l'absolution de leurs hérésies, lors qu'il dit qu'on leur doit accorder le pardon de leur faute, selon que les Evêques le jugeront à propos. Voici ses paroles : *Pœnitentiæ sanè locus omnibus pateat, qui conversi errorem suum voluerint confiteri. Quibus perspecta qualitate peccati, secundum Episcopi æstimationem erit venia largienda.*

59 *Can.* 12.

## ARTICLE XXIX.

*Les Hérétiques, selon saint Grégoire, doivent faire abjuration entre les mains des Evêques & recevoir d'eux l'absolution de leurs hérésies.*

60 *Ar.* 17. ON a déja raporté [60] que saint Grégoire le Grand mande à Démétrius Evêque de Naples, [61] de ne pas faire difficulté de recevoir l'abjuration des Néapolitains, qui étoient dans l'erreur; Ce qui est une premiere preuve que ce Pape étoit dans la pensée que les Evêques pouvoient absoudre de l'hérésie. Mais en voici une seconde que je tire de l'Epître septiéme de son sixiéme Livre, [62] par laquelle il ordonne à Eusebe Archevêque de Thessalonique de faire faire abjuration à Luc & à Pierre hérétiques, qui ne vouloient pas recevoir le Concile de Calcédoine, & de les réunir à la sainte Eglise. *Fertur siquidem* (dit-il) *Lucam Presbyterum tuum & Petrum, Chalcedonensem Synodum nolle suscipere, atque ex hoc filiorum tuorum Orthodoxorum corda non levi scandalo perturbari. Quorum quia zelus non solùm*

61 *L.* 1. *Ep.* 14. *Indict.* 9.

62 *Indict.* 2.

*solùm laudandus, verumetiam omninò fovendus est, hortamur te ut cum omni vivacitate ac sollicitudine fraternitatis hoc vestræ rimari cura non desinat. Et si in hac eos sontes pravitate repererit, scandalum de filiorum suorum mentibus habita eorum satisfactione removeat, atque inter omnes hæreses specialiter Severum ac Nestorium anathematizent; ut quibus sinistra de eis suspicio genuit discessionem, amor Fidei removeat, gignátque purificatio caritatem; Et salubriter unus concordiæ nectat affectus, quos Catholica sincera & una tenet confessio veritatis ...... Si verò, quod non optamus, erroris hujus deprehenduntur jaculo vulnerati, Ecclesiastica adhortationis est eis adhibenda curatio; ut aut inter oves Dominicas, si sanati fuerint, permaneant, aut ab unitate Ecclesiastici corporis excidantur: quatenus & magnum ex damno modico lucrum fiat, & totum faciat liberum pars amissa.*



## ARTICLE XXX.

*C'est aux Evêques à reconcilier les hérétiques, selon le Concile du Dôme de Constantinople.*

LE Concile qui fût tenu dans le Dôme du Palais Impérial de Constantinople en 692. marque à peu-prés la même maniere de réconcilier les hérétiques, que le II. Concile général qui est le premier de Constantinople; & il suppose, comme cette Sainte Assemblée, que c'est aux Evêques à recevoir leur abjuration & à les absoudre de leurs hérésies, parce que c'est à eux à leur donner le Sacrement de Confirmation qu'ils doivent recevoir en retournant à l'Eglise. *Eos* (dit-

63 Can. 92. il) [63] *qui ex hæreticis ad rectam Fidem accedunt, & parti eorum qui salvantur, subjecta consequentia & consuetudine recipientes, Arianos quidem & Macedonianos, & Novatianos, qui se Pu-os appellant, & Aristeros & Tessareskaidecatitas seu Tetraditas, & Apollinaristas recipimus dantes libellos, & omnem hæresim anathematizantes, quæ non sentit ut sancta Dei universalis*

*& Apoſtolica Eccleſia ; ſancto primùm Chriſmate inungentes & frontem , & oculos , & nares , & os & aures : conſignantes autem dicimus ,* Signaculum «
doni Spiritus ſancti. *De Paulianis au-* «
*tem à Catholica Eccleſia ſtatutum eſt, ut ii omninò rebaptizentur. Eunomianos quoque , qui in unam demerſionem baptizant , & Montaniſtas , qui hic dicuntur Phryges , & Sabellianos , qui Filium eumdem eſſe cum Patre exiſtimant , & alia quædam gravia faciunt , & omnes alias hæreſes , quoniam multi hic ſunt ; & maximè qui ex Galatarum regione profecti ſunt , omnes ex iis qui ad rectam de fide ſententiam volunt accedere , ut Gentiles recipimus. Et primo quidem die eos Chriſtianos facimus , ſecundo autem Catechumenos : Deindè tertiò adjuramus , ſimul etiam ter in faciem & aures inſpirantes ; & ſic initiamus , & diu in Eccleſia verſari & Scripturas audire facimus , & tunc ipſos baptizamus. Quimetiam Manichæos & Valentinianos , & Marcioniſtas & ſimiles hæreticos oportet libellos facere , & hæreſim ſuam anathematizare , & Neſtorium & Eutychem , & Dioſcorum & Severum , & reliquos talium hæreſeon principes , & qui eadem quæ illi ſentiunt , & omnes*

*prædictas hæreses : Et sic fieri sanctæ communionis participes.*

64 Art. 21. Ce que l'on a ci-devant observé [64] sur le septiéme Canon du premier Concile de Constantinople, peut servir pour expliquer tout ce qui pouroit souffrir ici quelque difficulté touchant l'absolution des hérétiques, & il seroit inutile de le repeter.

## ARTICLE XXXI.

*Luce troisiéme décide, que c'est aux Evêques à recevoir l'abjuration des Hérétiques & à les absoudre.*

65 L. 5. Decret. tit. 8. de hæret. LA Décrétale *ad abolendam*, [65] qui est du Pape Luce troisiéme décide fort nettement que c'est aux Evêques à recevoir l'abjuration des Hérétiques, & leur donner l'absolution de leurs hérésies. *Præsenti ordinatione sancimus* (dit-elle) *ut quicumque manifestè fuerint in hæresi deprehensi : Si Clericus est, vel cujuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius Ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur : Et sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus : nisi*

*continuò post deprehensionem erroris, ad Fidei Catholicæ unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè consenserit abjurare & satisfactionem congruam exhibere. Laïcus autem, nisi (prout dictum est) abjurata hæresi & satisfactione exhibita, confestim ad Fidem confugerit Orthodoxam, sæcularis judicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem . . . . . . . . . Qui verò inventi fuerint sola suspicione notabiles : nisi ad arbitrium Episcopi, juxta considerationem suspicionis, qualitatémque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiæ subjaceant. Illos quoque, qui post abjurationem erroris, vel postquam se, ut diximus, proprii Antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hærésim decidisse, sæculari judicio, sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos.*

Et ce qui est extrémément à considérer dans cette Décrétale, c'est qu'elle veut que les Chapitres des Eglises, les Reguliers, & généralement tous ceux qui ont des exemp-

tions & des priviléges, & qui relévent immediatement du Pape, s'ils viennent à tomber dans l'héréfie, subissent la jurisdiction des Evêques, comme délégués du saint Siege en cette partie, nonobstant leurs exemptions & leurs priviléges. *Si qui fuerint* ( dit - elle ) *qui à lege Diœcesana jurisdictionis exempti, soli subjaceant Sedis Apostolica potestati : nihilominus in his, qua sunt contra hareticos instituta, Episcoporum subeant judicium : & eis in hac parte, tanquam à Sede Apostolica delegatis ( non obstantibus libertatis sua privilegiis ) obsequantur.* Elle pouvoit les renvoïer pour cela à d'autres Exempts & à d'autres Privilégiés; mais elle les renvoïe aux Evêques, parce qu'aprés le Pape, c'est aux Evêques à connoître du crime de l'Hérésie.



## ARTICLE XXXII.

*L'absolution de l'hérésie est reservée aux Evêques par les anciens Statuts Synodaux du Diocése d'Angers.*

DAns le nouveau recüeil que Monsieur Arnauld Evêque d'Angers a fait imprimer des Statuts de son Diocése, il y a des Ordonnances Synodales, qui sont environ de l'an 1216. où il est dit expressément, que l'hérésie est un cas réservé à l'Evêque, & duquel par conséquent ni les Chapitres des Eglises, ni les Réguliers, ne sauroient absoudre, en vertu de leurs exemptions & de leurs Priviléges prétendus. *Sacerdotes* (disent ces Ordonnances) [66] *majora reservent majoribus, & mittant ad Episcopum pœnitentes, scilicet propter homicidium & propter injectionem manuum in parentes, sive Clericos, vel quoscumque Religiosos, &c. Item mittendi sunt ad Episcopum hæretici, Schismatici, Sortilegi qui de Sacramentis Ecclesia sortilegia commiserunt, &c.*

[66] *Tit. de iis qui sunt mittendi ad Epis. p. 32.*

Il reste maintenant à parler de la

réconciliation des hérétiques, qui se faisoit autrefois par les Délégués des Conciles, des Papes & des Evêques. Et c'est ce que l'on va faire pour achever ce Chapitre.

## ARTICLE XXXIII.

*Saint Cyprien donne pouvoir aux Prêtres & aux Diacres du Clergé de Cartage de reconcilier les hérétiques.*

Lorsque les Conciles, les Papes & les Evêques ne pouvoient pas par eux-mêmes réconcilier les hérétiques à l'Eglise, ils choisissoient des Ecclésiastiques de capacité & de vertu à qui ils donnoient toute l'autorité nécessaire pour cela.

Saint Cyprien en usa de la sorte, lors qu'étant absent de son Eglise, il permît aux Prêtres, & même aux Diacres de son Clergé en l'absence des Prêtres, de réconcilier les Novatiens qui seroient en peril de leur vie, & qui auroient été recommandés de la part des Martyrs. *Occurrendum puto* (dit-il à son Clergé) [67] *fratribus nostris, ut qui libellos à Martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum*

67 Ep. 13.

*adjuvari possunt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectata præsentia nostra, apud Presbyterum quemcumque præsentem, vel, si Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque, exomologesim facere delicti sui possint; ut manu eis in pœnitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres litteris ad nos factis desideraverunt. Ceteram quoque partem plebis, quæ lapsa est, præsentia vestra fovete: Et ut à fide & misericordia Domini non deficiant, vestro solatio focillate; neque enim deserentur ab ope & auxilio Domini, qui mites & humiles, & pœnitentiam verè agentes, in bonis operibus perseveraverint, quò minus illis quoque divino remedio consulatur. Audientibus etiam, si qui fuerint periculo præventi, & in exitu constituti, vigilantia vestra non desit; implorantibus divinam gratiam misericordia Domini non denegetur.*

Il est du même sentiment dans l'Epître suivante, ainsi qu'on l'a déja remarqué. [68]

68 *Art.* 1.



## ARTICLE XXXIV.

*Les Evêques, selon les Conciles de Toulouse, peuvent déléguer pour recevoir l'abjuration des Hérétiques.*

LE Concile de Toulouse en 1129. sous le Cardinal Romain Légat Apostolique, veut que ce soit les Evêques, ou leurs Délégués, qui reçoivent l'abjuration des hérétiques. *Universi* ( dit-il ) [69] *tam mares, quàm feminæ, masculi à 14. anno & supra, feminæ à 12. abjurent omnem hæresim extollentem se adversus sanctam & Catholicam Romanam Ecclesiam, & Sedem Orthodoxam, quibuscumque nominibus censeantur. Iurent etiam quod Fidem Catholicam, quam Romana Ecclesia tenet & prædicat, servabunt & hæreticos pro viribus persequentur, & eos bona Fide manifestabunt. Nomina autem omnium virorum ac mulierum in qualibet parochia conscribantur, & omnes coram Episcopo, vel coram bonis viris quibus hoc demandatum fuerit, præstent juramentum præmissum. Et si quis absens fuerit, & post reditum ejus infra quindecim dies idem Sacramentum non præstiterit, quod*

69 C. 10.

*ex inſpectione nominum poterit apparere, ſuſpectus de hæreſi habeatur. Hujuſmodi autem juramentum ſingulis bienniis renovetur.*

Le même réglement ſe trouve dans un autre Concile de Toulouſe en 1228. ou en 1229. ſous un Cardinal Légat du même nom que dans le premier. 70 70 C. 12.
